postm eorundem bonorum actoribus adiudicavimus, deque decretum nostrum latius testatur. Eius vero decreti exequutionem in defectu Praesidis ordinarij ad Sin[ceritatem] V[estram] remittimus, quare Sin[ceritatem] tuam hortamur eidemque serio mandamus, ut si etiam quartum Praeses Derpatensis ad quem ea exequutio ordinarie pertinet in Provincia Livonia praesens non fuerit, Sin[ceritas] tua in loco illius decretum illud nostrum exequatur atque ad realem effectum deducat, nec quidquam in ea decreti nostri exequtione ipse desiderari patiatur. Factura Sin[ceritas] tua rem nobis gratam et officii sui convenientem.

Aliud simile ad idem

Sigismundus etc.

Mag[nifi]co N. Abrahamowicz Praesidi Derpatensi Sin[cere] nobis dilecto Mag[nifi]ce Sin[cere] nobis dilecte tulimus etc. ut supra usque ad testatur. Quare Sin[ceritatem] tuam hortamur eidemque serio mandamus ut illud decretum nostrum ad realem effectum deducat, et ita exequutioni demandet, ne quid in ea desiderare posse videretur. Factura Fid[elitas] tua rem nobis gratam et officii sui convenien[tem]

Literae Significatoriales

Paulus Szczerbicz Decretorum S[acrae] R[egiae] M[aiestatis] iuratus Notarius notum testatumque facio mea nobili et Famato Stanislao Szynbek nomine N. Ex officio meo requisito et rotum Rotulum appellationis inter ipsum et Famatum N. sit in Cancellaria S[acrae] R[egiae] M[aiestatis] illatum necne? Hoc itaque Rotulum in hodiernam usque diem ad manus meas non pervenisse testor per praesentes manu mea propria subscriptas sigilloque signatas literas.

Protestatio

Quod coram nobis et Actis cancellariis nostris comparens personaliter Nobilis Severinus Plaza protestatus est solenniter con[tra] Hon[estam] Zophiam N. quod in termino peremptorio rotulum cognusc eidem cum ea occasione intercedit in Cancellariam nostram non intulit. Quam protestationem non suscepimus. Actisque nostris inseri mandavimus. In cuius rei etc.

Altera protestatio

Quod coram nobis et Actis cancellariis nostris comparens personaliter Nob. Christophorus Kotlicskij suo aliorumque coheredum